

LETTRE XXXII.

AMICO INTEGERRIMO SUAVISSIMOQUE,

DD. FRAN. DE SAUVAGES.

S. pl. D.

CAR. LINNÆUS, Equ.

Obrutus munere Rectoris, diutiùs quàm par est ad te, Amicissime, scribere distuli; accepi tuas ultimas summâ cum voluptate; tuæ enim me, præ reliquorum omnium, semper exhilarant et reficiunt; fortè quod ubique madeant solidâ eruditione et infucatâ ac calidâ amicitîâ.

Fui nuper Holmiæ jussu Academiæ, ut offerrem Cancellario nostro monetam auream, quam Academia in ejus honorem eudi curavit. In cujus alterâ parte imago et inscriptio : *C. Ehrenprantz* *

* EHRENPRÆUS, sénateur suédois, 1692-1760. Il fut l'un des principaux organisateurs des institutions scientifiques et littéraires fondées en Suède, après la mort de Charles XII, dont il avait été le secrétaire.